



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XIII. De seruis, & liberis, iureq[ue] dominorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

ut modo prohibetur facultas libertatis, ne agat libere: veluti & cum ius se obicit a cui prauo, ne a facultate exeratur, vincitque ne fiat. Vt pote fortior, quæ habet vim cogentem, legis virtus, de legib. Theophil. §. Summas itaque, de iur. pers. in suis Instituit. & merum inferecentem formidine pœnæ, l. 1. de iust. & iur. P. cano facte sunt autem leges, 4. distincti. vt ea facere nos non posse iure existimemus, quæ facta lædunt pietatem, vel sunt cōtra bonos mores, vel leges, 7. l. filius, de condit. Insti. in P. §. Seruitus ꝑ porro aduerlatia, & ex diametro opposita libertati est, vt nihil aliud seruitutem dicat Aristoteles, quam priuationem libertatis, Arist. lib. 1. Polit. c. 3. §. Libertas ꝑ & seruitus in homine, & corporis separatim, & animæ, Philo Iud. lib. quod omnis probus sit liber. vel virtusque: vtraque & natura, & constitutione hominum. Liberi sunt natura, etiam qui seruiant corpore, & boni, qui sibi in cupiditatibus imperant, & cum virtute secidum Dei præcepta viuunt, etsi sub potestate dominica sint corpore. Sic serui quidam natura, quanquam nullius potestati domini subiciantur. Ac statim, vt ait Aristoteles, ex generatione quadam distincti sunt, alia quidem ad imperandum, alia vero ad parendum. Quorumcunque est opus in corporis vtu, & hoc est in eis potissimum, hi sunt natura serui, quibus melius est vt imperentur. Est enim natura seruus, qui potest alterius esse: quapropter & alterius est. Et qui tantum participat est rationis, vt sentiat quidem, at non habeat, &c. Aristot. 1. Polit. c. 3. Qui pecuniæ aut fortunæ serui, liber non est, idem lib. 2. Rhetor. ad Theod. c. 11. Cicero, Libertas, inquit, est potestas viuendi, vt velis. Quis igitur viuunt, vt vult, nisi qui recte sequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via considerata atque prouisa est: qui legibus, non propter metum patet, sed eas sequitur atq. colit, quia id salutare esse maxime iudicat, &c. Cic. penult. paradox. Qui metu pœnæ legum se cohibet adhuc, & is seruus meretur dici: & sic Euripides ait, in Hecuba, act. 4.

ἢ γυνάτων, ἢ δούλων, ἢ ἐξ ἑσῶ ἐλευθέρων,
ἢ γυνάτων, ἢ δούλων, ἢ ἐξ ἑσῶ, ἢ τούτων.
ἢ πᾶσι δ' αὐτὸν τὸ λόγος, ἢ νόμον, ἢ χάριν
ἐπιβῆσθαι, ἢ ἄλλοις ἢ ἑαυτοῦ τὸ πῶς.

id est,
Hoc non est quisquam liber mortalium:
Aut enim pecunia seruus est, aut fortuna.
Aut multitudo ciuium, aut legum sanctio
Viciant, suo ne quis viuat arbitrio.

Seruus est Philoni Iudæo, quicunque peccat: & omnis probus, liber, lib. quod liber sit quicumque virtutis studet. Et qui facit peccatum, seruus est peccati, D. Ioa. Euan. c. 8. a quo quisque liberatus est, eius est seruus, 2. D. Per. c. 1. Et Salomon, Prouerb. 11. Qui stultus est, seruus iniet sapienti. §. Lege ꝑ vel constitutione liber est, qui seruitutem non patitur. Seruitutem autem patitur, qui ex lege domino subicitur, & priuatur felicitati illi libertatis. Status libertatis, inæstimabilis res, l. libertas, de regu. iur. §. sed cum libertas, quibus excas manu non lic. l. 1. §. sed cum homo, de ius qui deiec. in P. nec grauius quicquam libertate, l. Paulus, de iudic. lib. §. Et ꝑ Cato Viti- celsis, ne libertate priuatus cogetur se submittere misericordie Cæsaris, seipsum interfecit, Dio, Cassius, lib. 43. hist. Rom. Atque, vt ait Strabo, qui voluptatem & dolorem, vitam ac mortem contemnit, subditus esse non patitur, Strabo, lib. 15. Geogra. Et Philo Iudæus, d. lib. quod lib. sit qui vir. stud. Contemtor mortis, paupertatis & obscuritatis, seruus esse non potest. Misera contra seruitus, nihilque ea infelicitis, Cic. Phil. 2. Senec. epist. 5. 2. ideo morti comparata, l. interdicti, de condi. & demonst. l. seruitutem, de regu. iur. l. 1. cum hic status, §. si donator, de don. int. vir. & vxor. §. Vt ꝑ & serui pro nullis, & ac si non essent iure ciuili habiti, l. quod attinet, de reg. iur. Vocat Vlpianus seruitutem, casum aduertamque fortunam hominis liberi, quam expectare vt contingat, nec ciuile, nec naturale sit, Vlp. in Linter stipulante, 83. §. sacra rem, de verb. oblig. in P. neque fas secundum Paulum Iurifconsultum, l. si in emtione, 34. §. liberum, de contrah. emt. in P. Tyrannica vifa est pluribus dominica in seruos potestas, & nimium exosa & cōtumeliosa: in potestate namque dominorum proprie dicuntur esse serui, l. 1. de iis qui sunt sui vel alie. iur. in P. §. in potestate, eo ap. Iustin. §. Quare ꝑ & antiquitas domini, dicti sunt patresfamilias, & serui omnes familiares, vt contumelia seruorum tolleretur, teste Macrobb. lib. 1. Sat. 13. iur. c. 11. §. Et ꝑ Octavianus Imperator, domini appellationem, vt opprobrium & maledictum semper exhorruit, edicto que cauit, ne posthac dominus appellaretur, Sueton. in Octauio, c. 53. Tyberius quoque Cæsar dominus a quodam appellatus, denuntiavit, ne se amplius contumelie causa appellaret, idem in Tyberio, c. 28. 14. §. Nec ꝑ patuum odium concepit populus in Domitianum, quod

nimium elate voluit se dominum & Deum vocari, idem in Domitia. c. 23. §. Qui ꝑ enim hoc sibi domini arrogat nomen, sibi v. 15 surpare videntur omnimodam & plenissimam in subditos pro arbitrio potestatem: quæ sola est Dei, qui omnia quæ vult potest, nihilque nisi iustum velle potest. Vnde illi soli hoc nomen Domini conuenit, vt & David scribit, Psal. 82. Cognoscant gentes qui nomen tibi est Dominus, tu solus altissimus in omni terra. Et alibi, Psal. 99. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus. §. Hoc ꝑ est nomen illius reuelatum Moysi, Adonai, Exod. 6. 6. Imperatores tamen alii, qui se dominos orbis dicebant, l. bene a Zenone, de quad. præsc. C. c. conuenior. 23. §. 8. domini & nomen vsurparunt, vt in proem. Insti. in subscript. dicitur dominus Iustinianus, & res eorum dominice absolute dicæ sunt, vt tit. de gre. domini. tit. 75. & tit. de palas. & domib. domini. tit. 76. lib. 1. c. 1. Qui ꝑ dominus est allicuius rei, liberam eius rei, vt suæ, habet potestatem, imo vt abuti ea possit, l. in re madata, C. mand. l. nemo exterius, de Iuda. tit. 9. lib. 1. C. Quamobrem & olim donec profectum fuit, vt dicemus, in seruos, quorum dominum habebat, libera erat vitæ & necis potestas, gl. l. 2. de iis qui sunt sui vel alien. iuris. Satis miserum & abominandum spectaculum, pares natura & conditione similes homines, vt bruta animalia & pecudes, macerare, & peius habere. §. Sicuti ꝑ serui Vidium Pallionem, seruos murenis inuadendos & edendos obiecit, Tertul. lib. de Pollio. §. Vt ꝑ pleræque nationes fuerint, quæ casibus 19 hominum miseræ, a seruis habedibus abstinerunt, nec apud se passæ sint esse: vt Strabo, lib. 15. Geogra. scribit apud Indos nullum fuisse seruorum vium, Arria in lib. rer. Indicar. Inter Elassos Iudæorum nemo seruebat illis, omnes liberi ministrabat sibi iuicem, Philo Iudæ. lib. quod lib. sit qui vir. stud. §. Prohibuerunt se serui seruæ haberentur Phoenices & Locri, teste Athenæo, Athen. lib. 6. dipnosp. c. 7. Iure Romanorum ne sint apud Iudæos, vel hereticos, vel paganos serui Christiani prohibetur, l. ne Christiani. manci. Iuda. hereti. vel pag. hab. §. Sed ꝑ & consuetudine Bituricum, a. 21 pud illos vetitum habere seruos, §. 1. de consuet. iur. & stat. perso. in consuet. Bitur. §. Tholose ꝑ serui qui ingrediantur ciuitatem, lib. 22 ri sunt, nec repeti vel euellit illinc a dominis possunt, Nicol. Boer. ad d. §. 1. §. Temporibus quoque regni Saturni, prisceis nullus ser. 23 uis seruauit, Athen. lib. 6. c. 7. vnde & in Saturnalib. postea seruorum cum liberis æqua conditio, Lucianus, in Chronof. siue in Saturnal. §. Et ꝑ vltimus gradus vilitatis & abiectionis humanæ est in ser. 24 uitate. Et ideo Deus omnium, natura Dominus noster Iesus Christus, dicitur formam serui accepisse, ad Philip. c. 2. hoc est, humilioris viri. §. Vnde ꝑ Pontifex Max. Gregorius IX. quem alii de. 25 inde secuti sunt, seruum seruorum Deise nominavit, in proe. Decret. Sicuti etiam & Iustinianus seruum se nominat, in l. 1. de offi. præfeti. præto. Afri. Dicebat præstantissimus Poetarum apud Athenæum, Athen. lib. 6. dipno. c. 7.

Dimidium rapuit virtutis Iupiter alium
Mortali, cui seruilem mox destinat esse.

De seruitutis finitione. Cap. 2.

- 1 Seruitus quid.
- 2 Seruitus probata sub lege diuina.
- 3 Serui sicalini & ecclesiastici in Francia qui olim.
- 4 Seruitus quomodo contra naturam, & non contra ius naturale.
- 5 Naturalia vitia quomodo dicantur.
- 6 Hominis natura imperare.
- 7 Hominum vnum genus, & natura prima, & ortus, & insertus.

Am tradidimus libertatis finitionem sup. lib. II. c. 1. Restat nunc examinandam seruitutis finitio, quæ libertatis naturam plenius explicabit, & ideo de illa vberius paulo: vt cognito altero contrariorum, aliud quoque lamen accipiat, l. 1. de iis qui sunt sui vel alie. iur. Illam porro subiciamus oculis, quam accepimus a Floréno I. C. Florentin. in l. libertas, 4. §. seruitus, de sta. hom. in P. lib. 1. tit. 5. & Iustiniano, in §. 1. de iur. pers. lib. 1. Insti. tit. 3. ꝑ Seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subicitur. Verbum hic, constitutio, passiuè pro eo, quod cōstitutum est, vsurpatur: nam secundum Accurs. in l. 2. de duo reis, verbalia in io, vt petitio & cōstitutio tam actiue, quam passiuè accipi possunt. Estque constitutio hæc, lex iuris gentium, in quam fere omnes gentes cōuenere, vt serui essent, casus gentium, i. dist. l. ex hoc iure, de iust. & iur. l. si id quod, 64. de cond. in deb. in P. §. ius autem gentium, de iur. nat. gen. & cin. ap. Iustinia. quamuis & postea iure ciuili quoque serui alterius generis esse cœperint, §. serui autem nascuntur, de iur. pers. ap. eund. vt deinceps Deo laudent dicemus. Erantque iure diuino permitti serui, & de illis leges constitutæ, Exo. c. 12. & 21. Et in euange- lica

§. Papinianus, de minor. 25. an in P. alias restituantur, l. 1. §. 2. si ad-
 uer. vend. C. §. serui, de iur. person. scientes se ingenuos, l. 1. quib. ad
 liber. procl. non lic. P. ad pretium participandum, l. non itaco, C. de
 libe. cas. se venditari ignorantibus, l. liberis, §. si quis sciens, eod. in
 P. patiebantur, §. serui, de iure perso. l. cum pacto, 40. de h. cau. P. l.
 §. seruorum, §. §. 1. de sta. hom. in P. l. 1. 2. §. 3. quibus ad lib. proclam.
 non lic. P. l. 2. si libert. ingen. esse dic. in P. Indigni certe libertate &
 restitutione vel misericordia, qui sese scientes prudentesque in
 tantam seruitutis necessitatem coniecerint, arg. l. 2. §. si quis ta-
 men cum posset, si quis caui. in P. l. si fideiusor, §. 1. qui satisf. cog. in P. l.
 penult. quod vi aut clam. l. pen. quib. ad liber. procl. non lic.

9 ¶ Ex horum numero esse possunt illi, de quibus meminit A-
 thenæus, lib. 6. cap. 7. his verbis, si, inquit, ex Bœotia, qui Arneam
 coluerunt, qui non recesserunt in Bœotiam propter amorem regionis,
 se ipsos Theffalis in seruitutem dederunt, ex stipulatione, ex qua neque
 se extra regionem recipient, neque occident, i. si que regionem illis co-
 10 tentes tribui a persoluunt. ¶ Sponte ¶ apud Germanos seruitus et-
 iam subitur in ludo. Alam etenim, inquit Cornelius Tacitus, sibi
 inier serua exercebat, tanta lucrandi perdedisse temeritate, ut cum
 omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu, de libertate ac de corpore
 contendant: vultusque voluntariam seruitutem adit, quamuis
 iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re
 praua perniciosa, fidem ipsi vocant, §. c. Corn. Tac. de morib. Germa-
 11 ¶ Necessitas ¶ dehinc libertatē tollit, & permittit seruitutem fi-
 liis inferre, & eos distrahere tempore famis vrgentis, l. 1. §. 2. de
 patrib. qui fili. distrah. ea tamen conditione, vt restituito pretio
 emtori a patre vidente, vel aliis, possent ingenuitati restitui. ¶ Et
 12 ¶ olim quoque debitor inops adiudicabatur creditoribus ex lege
 duodecim tabularum, Gellius, lib. 20. cap. 1. Sic & inter Israelitas
 aliquando obtinuisse, conicio ex illa vidua, quæ ita Helisæum aff-
 facti, 4. Regum. c. 4. & Ioseph. lib. 9. Antiquit. Iudaic. cap. 3. Seruus
 tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit, timēs De-
 um: Ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi.
 Hodie tamen iure Codicis Iustinianei, quod olim obtinebat,
 prohibetur, ne personæ liberæ ob aes alienum seruæ fiant, l. ob aes,
 C. de actio. lib. 4. tit. 10. & authen. imo, eod. tit. §. quia vero, vt nul. iud.
 lic. bab. loc. seruat. in authen. coll. 9. vel oppignorentur, l. qui filios,
 quæ res pigno. oblig. poss. C. c. 2. de pigno. nisi forsitan quis emerit ca-
 13 ptum a Barbatis: nam nisi pretium ei restituitur, potest per quin-
 quennium seruitio redemiti vti, l. fin. de capti. lib. 8. C. tit. 51. ¶ Ea
 14 ¶ tratione grauitur leges ferunt, pro debito ciuili quemquam car-
 ceribus mancipari, l. nemo, de ex actor. tribu. lib. 10. C. quia speciem
 seruitutis carcer habet, & non posse a loco dum velis recedere,
 l. 2. de lib. homin. exhiben. in P. ¶ Ob ¶ necessitatem vrgentis famis
 Egyptii dicebant ad Ioseph. Eme nos in seruitutem regiam, & præ-
 be semina, 1. Genes. 47. Et de Gallorum antiquis moribus sic Iulius
 Cæsar scribit. Plebs pene seruorum habetur loco, quæ per se nihil au-
 det, & nulli adhibetur consilio. Plerique cum aere alieno, aut ma-
 gnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in ser-
 uitatem dicant nobilibus: in hoc eadem omnia sunt iura, quæ dominis

15 in seruos, Iul. Cæsar. lib. 6. bull. Gall. ¶ Arbitror ¶ istos seruos, Am-
 bactus dictos apud eundem, Idem, d. lib. nam vt ait Festus apud
 Ennium, Ambactus lingua Gallica seruum significat. ¶ Captiuita-
 16 te ¶ ferui sunt in bello capti, & seruati a victoribus, qui iure neca-
 re captos poterant, §. serui autem, in 1. §. 2. de iure person. l. libertas,
 §. fin. de stat. homi. in P. l. §. seruorum, §. iure gentium, eod. tit. l. pupil-
 lus, §. seruorum appellatio, de verb. signif. iulque hoc gentium per-
 mittit, l. postliminius, de capti. l. hostes sunt, eod. tit. Eia quo quis su-
 peratos est, eius & seruus dicitur a D. Petro, 2. Petr. 2. c. Argiui ver-
 be Mycena potiti, omnes seruitute damnarunt, decimamque idolis
 suis dicarunt, Diod. Sicu. lib. 11. Salaci rebellantes contra Octa-
 uianum Cæsarem, victi & domati fuerunt a M. Terentio Varro-
 ne: eorum filii diuenditi ea conditione, ne quis eorum ante vice-
 simum annum liber fieret, Dio Cass. lib. 53. Histor. Rom. Claudius
 Cæsar Lycios ad eadem usque Romanorum quorundam tumultu-
 ando progrossos, in seruitutem redegit, & Pamphiliz adiecit,
 Idem, lib. 60. Alexander Magnus, oppidum quoddam, in quod
 Mallorum quidam profugerant exacie, cum vi cepisset, omnes
 qui eo confugerant, in seruitutem redegit, Arrian. lib. 6. de exped.
 Alex. Magn. Et antea capta vi Thebanorum ciuitate, quæ ab eo
 defecerat, quotquot Thebanorum cædibus superfuissent, excep-
 ptis sacerdotibus virisque sexus, atque iis qui Philippo aut Ale-
 xandro priuati, aut Macedonibus hospitalitatis iure deuincti ef-
 sent, in seruitutem redegit, idem lib. 1. expedit. Alex. Rationes hu-
 ius receptæ seruitutis relatæ sunt iam in lib. ii. c. r. iustius compendii

iuris, & libro de iur. arte. cap. De iure gentium ab humanitate &
 clementia victorum, & a beneficii ob vitam seruatum agnitione:
 quas ibi videto ¶ Hodie ¶ capti inter Christianos, captiui Christia-
 ni serui non sunt, redemptio tamen a captis debetur: & ita non ser-
 uaturus postliminii in personis, sed in rebus, secundum Boeriu-
 um, in §. 1. de iure person. in consue. Bitur. quem sequor: quanquam
 retentionem, qua vtuntur victores, non longe abesse a seruitutis
 specie non distat, l. 2. de liber. homi. exhib. P. Verum ius libertatis
 integrum manet. Nec possum subletere Bartolo, Baldo, Ange-
 lo, Franc. Aretino, dum aiunt, prædicti inter p. in l. qui a latronibus,
 §. fin. de testam. & rursum Barr. in l. hostes, de capti. & ibi viden.
 Alexan. nu. 11. captos in bello ab Imperatore, & rege Galliæ, fieri
 seruos. ¶ Et ¶ iure ciuili non omnes in bello capti serui fiebant, 18
 sed capti tantum ab hostibus, quibus bellum publice decretum
 erat: hi enim hostes, ceteri latrunculi & prædones, quibus hoc
 ius non est, nec cum captis ab illis est ius postliminii, l. hostes, 24. de
 capti. & postlim. reuer. l. hostes, & l. quos nos hostes, de verb. sign. Sic
 nec in factiōibus, & ciuitatum seditionibus, vel ciuilibus bellis,
 iura captiuitatem & postlimin locum habent, nec capti amitte-
 bant ingenuitatem, Vlpia. in l. si quis ingenuam, 21. §. fin. de capti. &
 postlim. reuer. Paul. l. postliminium, 19. §. a piratis, eod. titu. l. cum co-
 gnatum, 4. de ingen. & manum. lib. 7. C. tit. 14. ¶ Seruos ¶ captiuita-
 19 tis, non generis, dicebant Theffali Penestæ, & Theffalæcetas: qui
 autem in seruitutem se dedissent, Mnestas, Athen. lib. 6. Dipsop.
 cap. 7. ¶ Nascuntur ¶ porro serui ex ancillis, sequunturque statum
 matris iure gentium, l. §. seruorum, §. iure gentium, de sta. homi. §.
 serui in 2. de iure perso. l. fin. de liber. cau. ¶ In gratiam tamen li-
 bertatis statuerunt iura, consideranda in matre tria tempora, concep-
 tionis, partus, natiuitatis, & quod inter hæc lapsum: vt si in ali-
 quo horum fuerit mater libera, quamuis antea vel postea, vel me-
 dio fuerit serua, vel postea fiat, semper partus sit liber, nec cala-
 mitas matris debet nocere filio, qui in vtero est, l. sed & si quis, &
 §. e contrario, de ingen. l. §. seruorum, §. ingenuis sunt, de sta. homi.
 Vt, & si ex patre seruo & matre ingenua quis nascitur, partus na-
 scitur ingenuus, & lequitur matrem, non seus ac si vulgo concep-
 tus ex libera sit, §. 1. de inge. ap. Iustinian. l. lex natura. 24. de sta. ho-
 mi. in P. l. eius, ad munic. in P. l. vulgo conceptus, 23. & seq. l. cum le-
 guima, 19. de sta. homi. Nec habetur ratio coniunctionis serui &
 liberæ, cum matrimoniū iustum non consistat cum seruo: quam-
 uis inter liberum & ancillam recipiatur, l. 3. C. de incest. nupt. l. ser-
 uis, 23. sum. gl. C. ad l. l. de adul. ¶ Et ¶ in his omnibus, insigniores
 21 notæ differentiarum inter seruos apparent, ommissis qualitatibus
 aliis lenioribus, vel ex officio eius iniuncto tractis, vt quod nouit-
 rii & veterani seu veteratores, l. fin. de edil. edil. l. præcipiunt, 37. en-
 vicatū, ordinariū, l. sed & si quid, §. 1. de vstruc. in P. mediastini, l. 2.
 §. 1. & l. 1. §. canonem nau. cau. stab. in P.

¶ Superioribus ¶ seruis affines sunt famuli & liberi homines, 22
 qui tamen nobis bona fide seruiunt, & præstant operas, vel cum
 mercede vel sine ea, vt in l. qui operas, loca. in P. & nobis acqui-
 runt, Pompon. in l. liber homo, 17. & l. si seruus meus, 21. & Vlpia. in l.
 qui bona fide, 23. & Modest. in l. homo liber, 54. de acqu. rer. domi.
 lib. 21. P. tit. 1. Et legari & locati potest opera liberi hominis, l. ho-
 minis, l. vstruc. lega. quamuis iureiurando obligari nequeat, l. vt
 iurisrandi, de oper. libert. in P. ¶ Horum ¶ apud Moscouitas lex, 23
 vt iis non sit licitum quolibet tempore a seruitio recedere: & si a-
 liquis citra domini voluntatem abierit, nemo eum afflunt, Sigisf.
 Liber Baro, in commen. rer. Moscanit. Simile etiam edicto aliquan-
 do nostra ætate, constitutio. Regia. cautum est, ne liceret famulos
 vel ancillas alicuius recipere inconsultis dominis, a quibus abibant,
 ad vitanda furta & latrocinia domestica, & dominorum contem-
 tum. Item quia nemo dominum suum deserit, sciens nusquam
 latendi locum sibi esse derelictum, l. seruus, 11. de agrico. & censu.
 lib. 11. C. tit. 47. ¶ Adscribitur ¶ aliqui seruorum aliam speciem, qui 24
 rebus inferuiant, qui operi vel rei alicui faciundo, velint nolint,
 addicuntur, agnito legato, vt dum imponitur onus libertis, vt se-
 pulcro patroni inferuiant, l. Titio centum, §. Titio 2. de condi. & de-
 monstr. in P. l. Menia, de manum. testa. dum glebæ terre addicuntur,
 vt captiui perpetui, tot. tit. de agrico. & censu. d. 11. lib. 10. dum
 serui pœnæ efficiuntur, ad remos vel metallum damnati, §. pœnæ,
 quibus mod. ins. pat. pot. sol. l. quidam, de pen. in P. vltimo supplicio
 damnati, l. qui vltimo, de pen. in P. damnati ad perpetuos carceres,
 c. quamuis, eod. in C. c. novimis, in §. fin. de verb. signif. Intra
 enim seruitutis est non posse libere recedere,
 l. 2. de liber. hom. exhib.



De iuribus & utilitatibus dominicæ potestatis.

CAP. 4.

- 1 Dominica potestas ius necis habebat & vite, in seruos.
- 2 In seruis seuire sine causa prohibetur.
- 3 Vmbriæ matrona relegata, ob leuissimas causas ancillam atrocissime tractans, eod.
- 4 Seruorum insolentia non seruandum.
- 5 Serui castigandi, sed sine contumelia.
- 6 Chioseruis emittis primum vsu, & vindicta diuina in illos, quod seruos pessundarent.
- 7 Seruorum iniuria audienda quoque legibus humanis, & diuinis.
- 8 Seruus quisque querit, acquirit domino.
- 9 Seruus communis vsufructuario, & proprietario que querat.
- 10 Seruus quid vsuario suo acquirat.
- 11 Seruus communis pluribus pro indiuiso, quantum cuique querat.

1 Quid autem accedat ꝑ utilitatis hominibus ex illa dominica potestate, ne tractatio diuidatur a personarum distinctione, paucis explico, antequam progrediar ad aliam distinctionem, quæ ex seruis manumissis nascitur. Prior itaque inde colligitur utilitas, vt que iam haberet, posset in seruos ex arbitrio seuire, iustque necis in illos esset, vt paulo ante meminimus. ¶ Fuit ꝑ tamen potestas hæc iure postea restituta & temperata, cum reipub. interfuit, ne quis re sua male vtatur: & dominorum quoque, ne auxiliu seruis contra illorum seuitam denegetur, l. 1. & 2. de iis qui sunt sui vel alieni iur. in P. §. in potestate, §. sed & maior asperitas, eo. ap. Iustinia. Et ex constitutione Pii Cælaris statutum, vt qui sine causa seruum suum occidisset, eadem pena puniretur, ac qui alienum necasset. Cum causa, vt in facinore deprehensum, in quo occidere fontem permittatur, licet, Marcell. l. 96. de verb. obl. lib. 45. P. ii. i. vel sine dolo malo eundem castigando, non adhibitis tormentis vel modis, qui inferunt directo mortem: tunc enim reus homicidii esset, l. 1. de emen. seruo. lib. 9. C. tit. 14. Adrianus Cælar seruos a dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent, Spartian. in Adriano. ¶ Plato, ꝑ lib. 6. de legi. castigandos quidem dicit esse seruos, ne nimium desidiis reddantur: sed sine contumelia, ne in iracundiam efferantur. ¶ Scribit ꝑ Athenæus, lib. 6. de iust. c. 6. in Chios, qui primi inter Græcos seruis emittis vsi sunt, numerum iratum, quod seruorum barbarorum honorem pessundarent: atq; in eius rei vltionem a Mithridate captos, suorum seruorum seruituti mancipatos. ¶ Sanctumque, ꝑ vt seruorum quoque iniuriæ audirentur, apud Moscovitas, si dominus seruum suum, aut accommodatum, non bene tractat, fit quodammodo infamis apud alios, nec posthac alios famulos assequi potest, Sigism. Lib. Bar. in commen. rer. Moscovit. Iure diuino, qui percussit seruum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit: sin autem in vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est, Exod. cap. 21. ¶ Secundum ꝑ ius dominicæ potestatis, vt que acquirit seruos, domino querat §. in potestate, de iis qui sunt sui vel alieni iur. l. 1. §. i. eod. tit. in P. §. per quas perso. nob. acq. l. placet, de acqui. hered. ¶ Cum ꝑ autem idem seruos, duorum & diuersorum dominorum seruus est, puta proprietate vnus, vsufructu alterius, §. constituitur, de vsufr. vel vsu. per seruum vsufructuario eius queruntur ea tantum, quæ ex operis eius & re vsufructuarii veniunt: quod autem extra has duas causas accedit seruo, veluti legatum, hereditas, & id genus, domino proprietatis queruntur, §. 1. §. de his. per quas perso. nob. acquir. Sunt autem operæ in fructu, qui pertinent ad possidentem, l. 3. & 4. de oper. seruo. Id ipsum in libero homine seu famulo, & seruo alieno, qui bona fide seruit, intelligendum est. §. idem per quas perso. nob. acq. l. liber homo, de acq. rer. domin. in P. §. item per liber. hom. per quas perso. nob. acq. ¶ In ꝑ seruo autem, cuius tantum relictus est vsus, controuersum est, quid per eum vsuario queratur. Puto

tamen & operas ei deberi, quod operis legatis vsus relictus cõsecratur, l. operis, de oper. seruo. P. Ita tamen, vt eis ipse vtatur: non tamen locet, nec extra res suas vtatur, l. per seruum, de vsu & habita. l. plenum, §. fin. eod. tit. Sicut inter vsufructum & fructum hoc interest, quod in vsufructu & fructus percipiuntur, l. vsufructus res, de vsufr. in P. vsus autẽ sine fructu sit, l. per seruum vsuarii, §. 1. & l. 1. & 2. de vsu & habita. Et ad vsu quodidianum vsus rerum datur, non autem vt vsufructus compendio sint, locarive possint, §. 1. de vsu & habita. apud Iustinia. Sicuti necis qui vsufructum habet, de proprietate disponere potest: quia ius vtendi fruendi est, salua rerum substantia, §. 1. de vsufr. l. 1. P. eod. ¶ Quod ꝑ si seruos plurium dominorum sit pro indiuiso & eodem iure, quæ querit, generaliter omnibus æque acquirit: nisi vni ex illis specialiter, veluti stipulatione acquirat, nam non ius, de quibus non meminit, sed nominato in stipulatione acquiritur, §. fin. per quas perso. nob. acq. vel ei, cuius solius iussus præcedat, §. fin. de stip. seruo. l. si communis seruus, cum 4. ll. seq. eod. P.

¶ Tertia ꝑ utilitas potestatis est domino, vt seruum si velit etiam inuitum habeat heredem necessarium, §. seruus enim, de hered. instituen. §. necessarius, de here. qual. & diff. §. 1. qui & ex quibus cau. manumit. non poss.

Quibus modis Serui liberentur a dominica potestate. Cap. 5.

- 1 Serui liberantur a potestate dominica volentibus, vel inuitis dominis: volentibus manumissione iudiciali, testamentaria, legitima, voluntate alia.
- 2 Manumissio quid.
- 3 Legitimus actus manumissio, & a quibus fiat, & 4.
- 4 Manumissio in fraudem creditoris quando fiat.
- 5 Vindicta quomodo fiebat manumissio, & coram quibus iudicibus.
- 6 Vindicta manumissio unde habuit originem.
- 7 Manumissiones quare consules faciebant Calendis Ianuariis.
- 8 Alapa infigebatur in manumissione manumissis. Circumductiones & versiones in manumissionibus interveniebant, eod.
- 9 Rapsinata & solemnia manumissionis aliquando obseruata in emancipatione liberorum.
- 10 Manumittebantur & serui in ade sacra.
- 11 Manumissio testamentaria.
- 12 Lex Furia Caninia de manumissionibus seruorum, qua, & quando sublata.
- 13 Libertates testamento & codicillis libere ex voluntate relinquere seruis possunt.
- 14 Orcinus liberatus, seu Charoniatus quis dicatur.
- 15 Statuliberi qui.
- 16 Manumittere quis possit, & quo testamento.
- 17 Manumitti potest seruus absens quomodo per epistolam.
- 18 Serui pileati incedentes cum cadanere defuncti, liberi, & pro manumissis.
- 19 Pileum in signe liberati capite vaso, eod.
- 20 Manumittendi alii modi, redditio instrumenti seruitutis, affirmatio filii, ancillam iungendo libero.
- 21 Libertas a seruo prescribitur, & si seruus fiat clericus, vel monachus tacente domino.
- 22 Serui manumittuntur vniuersitatis vel collegii eo modo, quo priuatorum.

Liberatio a potestate ꝑ dominica contingit seruis vel voluntate dominorum, vel illis inuitis: volentibus fit, vel manumissione iudiciali, vel testamentaria, vel alia legitima voluntate, vide Cic. in Topic. ¶ Manumissio, ꝑ est actus legitimus, quo quis exit dominicam potestatem: nam quandiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, manumissus liberatur a potestate, quasi e manu missus dicitur, Isidor. lib. 19. Etym. c. 4. Vbi enim iure gentium seruitus inuadit genus humanum, lectum est beneficium manumissionis, hæc in l. manumissiones, 4. de iust. & iur. lib. 1. P. tit. 1. §. 1. de liberti. apud Iustin. ¶ Legitimus ꝑ porro actus dicitur, quia ea fieri debet secundum legum præscripta, argum. l. legitima, de pactis, in P. Nec tenet si fiat lege prohibente, veluti si a minore viginti annorum, l. 1. de manumissio. in P. exceptis iustis causis manumissionis probatis apud consilium, quæ a Iustiano numerantur, in §. eadem lege. Etia. Sentia, qui & ex quib. caus. manum. non poss. Item in l. si minor, cum l. seq. vsque ad l. apud, de manum. in P. impedit enim in aliis legis auctoritas, ne aduersus eam quis voti

compos esse possit. Quare & quitestari non potest, nec potest manumittere Nouellarum iure, *l. si minor annis, & auct. sed hodie, C. qui manumit. non poss. cum autem quis qui & ex quib. cau. man. non poss. nec alius, in fraudem creditorum, §. i. eod. ap. Iust. in fraudem, de testamen. manum. C. saltem data dire&te libertate: nec per obliquum, vt per fideicommissum, l. fin. qui manum. non poss.*

4 C. In fraudem porto fit, non quando quis non soluendo est, sed si eo animo faciat, vt creditores eludat, §. in fraudem, quib. ex cau. manum. & c. l. in fraudem, qui & a quib. manum. lib. non fiant, l. i. C. qui manu. non poss. Sic & a domino data libertas seruo alieno, inuito domino, eius non valet, veluti si ab eo qui tantum pignori habet, l. 3. de manumisso. in P. l. ab eo, C. de ser. pig. da. 4. §. 6. qui & a quib. manu. lib. non fiant, in P. vel precario, l. si non proprietatem, C. de his qui a non dom. man.

5 Inter legitimos modos manumittendi, est vindicta, §. multis modis, de liberti. quando coram magistratu licet or virgula quadam tangebatur caput serui rasum, & dominus manu eius apprehensa, vertebatur seruum, & e manu mittebatur, dicendo eum liberum: cuius etiam verba supplet licet or, *Hermogenia. in l. manumissio. l. 13. de manum. vind. lib. 40. P. tit. 2.* Fiebatque hæc manumissio coram quocunque iudice habente eius actus auctoritatem, vt & apud consilium, apud prætorum, præsidem, magistratumve ciuitatis, l. fin. de vind. & apud consil. manumiss. Vindicta manumissio originem habet a Iunio Bruto primo Romanorum consule, vt & primo libertatis Romanæ assertore, qui ob detectam proditionem Vindicem Vindeliorum seruum manumissit, *Plutar. lib. de iis qui tard. puni. a Deo. Corn. Tacit. in 13. l. deo que in initio cuiusq. consularis moris fuit Calendis Ianuarii manumissiones expedire, vt & tracta. Cassiodorus, lib. 6. variat. in formula consular. Et leges quoque de officio consulis, tractant de his manumissionibus expedien. l. 1. de off. consul. lib. 1. P. tit. 10.* Meminit & huius moris Ammianus: Marcellinus, lib. 22. & Claudianus, in 4. Hono. consul. his verbis, de Honorii consulari,

*Affice mox latum sonuit clamore tribunal,
Te fustis inuenit quater, solemnia ludæ
Omnia libertas, deducit vinctum morem
Lex celebrat, famulumq. iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeant securior ictu.
Trepidans conduso pulsata fronte recedit.
In ciuam rabere genæ, tergoq. remouit
Verbera, promissifelix: iniuria voti, &c.*

8 Innuit & Persius antiquos manumittentes seruos, alapa percussos circumagere solitos: & ita liberos confirmasse dum ait, *Persius Satyr. 5.*

*Quibus vna Quiritem
V. rigo facit.*

9 De circumductionibus obseruatis scribunt Appianus, *Alex. lib. 4. bell. ciuili.* & Arrianus, in *Epict. lib. 2. c. 1.* Fuerant & ista solemnia translata ad emancipationem liberorum, quæ vocantur in iure Codicis inuitiosa rapismata, & sublata sunt, l. vit. de emancip. liber. C. & novel. 81. Legitima quoque ea erat, quæ in æde sacra seu ecclesia fiebat coram iudice, l. 2. com. de manumiss. C. præsentibus antistitibus & populo, & interueniente scriptura memoratæ causa: quæ & minoribus 25. annis sub hac forma permissa erat, l. 1. de bis qui in eccl. manumit. lib. 1. C. tit. 16. Ex lege Constantini libertate donari sacerdotibus testibus in ecclesia, ciues Romani fiebant, vt scribit Nicephorus Calixtus, lib. 7. hist. eccles. c. 46. & Sozome. lib. 1. hist. tripar. c. 9. Iustinianus postea hoc ius omnibus communicauit manumissionibus, *Iust. in nouella vt liberti de cetero aureo annulo non indigna, vnde sancta aucten. sed hodie, de iure annulor. lib. 6. C. tit. 8.*

11 De manumissis testamento, in P. lib. 40. tit. 4. & in C. Iustiniano, de testam. manumiss. lib. 7. tit. 2. Antiquitus lege Fuffia vel Furia Caninia non licebat quidem omnes seruos, nec tot testamento manumittere morientibus, ne ciuitas repleretur fordidis hominibus, quos licebat viuentibus. Fuitq; lex a Pub. Furio Camillo, & C. Caninio consulis lata, vt in testamento a duobus seruis vsque ad decem, liceret dimidiam eorum partem dumtaxat manumittere: a decem vsque ad triginta tertiam: a triginta vsque ad centum, quartam: a centum vsque ad quingentos, quintam. Et deinceps non esset licentia ultra centum seruos manumittendi, de hac lege Vopiscus, in Tacito, Iulius Paulus, lib. 4. recapit. senten. cap. 14. Vbi in titu. c. 1. Theophilus in §. 1. de lege Fuff. Cuius, lib. 1. Instit. tit. 2. Cicer. 3. in Verrem. Fuit autem illa lex sublata, & æqua potestas morientibus, ac viuentibus in seruis manumittenti-

dis concessa, §. 1. de leg. Fuff. Cuius, toll. lib. 1. Instit. titu. 7. l. i. eod. tit. 7. C. tit. 3. Et proinde in testamento & codicillis testamento confirmatis, dantur libertates directæ, l. libertates, 43. de manum. testam. in P. & pure, l. cum seruis, 14. l. libertas, 17. §. i. eod. & sub conditione, l. si fructuarium, 6. l. Neratius, 7. l. si quis libertatem, & seq. eod. tit. & per fideicommissum, tot. tit. de fideiuss. liber. Directe sic, *Seruis meus liber esto, quo casu manumissus, non heredum sed mortui libertus est.* Qui & Orcinus dicitur, §. fin. de sing. reb. per fideicom. relit. lib. 2. Instit. tit. 24. l. 3. de legit. tut. l. dominus, 22. de pec. lega. l. 4. de bon. liberi. & Theophilo, in §. fin. de sing. reb. per fideic. relit. 72. §. vlt. quæsi dicas libertum Orci, seu mortis, seu Plutonis, cui fabulæ inferorum regna tribuerant. Porro sub conditione relicta libertas valet, si tempore implendæ conditionis non sit futurus alterius potestatis, l. Strychus, 9. de manum. testa. sui natura: non enim ab herede vendi vel distrahi potest, vt adueniente conditione libertas impediatur, l. statu liberi, 13. C. de testa. manumi. Sunt tamen pendente tempore statu liberi, qui destitutam in tempus, vel in conditionem, habet libertatem, vel conditione expressa, vel in ipsa, l. i. de statu lib. in P. Et ideo non nisi cum suo statu, vt cum sua causa distrahi possunt, l. 2. eod. Et si ad tempus relicta sit libertas, sublata tæporis limitatione fiet perpetua, l. libertas, 31. l. deo que, 34. de manumiss. testam. Sublata etiam nec recepta conditione, *Cum morietur liber esto, l. libertas, 17. & l. fin. eod. tit. cum heres, 4. §. 1. de statu lib. in P.* Testamento manumissus ita demum liber est, si testamento valeat, & ex eo adita sit hereditas, l. testamento manumissus, 23. & l. testamento liber, 25. de manumiss. testam. in P. l. 2. de testam. manumi. C. vel omnia causa testamenti in fraudem quis ab intestato possideat, l. 1. fomi. cau. testa. C. Fauetur quidem hic, vt & in ambiguis, libertati, l. 1. & 2. l. Diuus Pius, 26. de manum. testa. in P. penul. C. de fideic. liber. dummodo qui potuit manumittere, testetur. Nam nec minor 20. ann. quamuis sit miles. testamento manumittit, l. 3. de manum. testa. Ex quibus tamen causis probatis apud consilium potuerit quis manumittere, ex illdem poterit & testamento, necessarium heredem faciendo, l. qui potuerunt, 27. eod. si aliunde seruis non sit indignus libertate, puta quod damnatus in perpetuum, vel aliter prohibitus ad libertatem peruenire, l. 1. & 2. qui non poss. ad libert. peruen. Si tamen ad huc natus non sit, cui relicta est, & valet legatum, l. cum inter veteres, C. de fideic. liber. l. qui vero, de sta. hom. & si eo nato, vel alias idoneo, si res comprehendinet libertatis relictae donationem, iudicis auctoritate legatarius seruitute liberabitur, l. ancillam, C. de fideicom. liber. Ad exemplum vltimæ voluntatis, & codicillorum potest dominus seruum libertate donare etiam absentem, per epistolam, quinque testibus adhibitis & subscriptis, l. vni. §. sancimus, de lat. liberi. toll. lib. 7. C. tit. 5. at præsentem seruo, sufficit si adhibitis quinque testibus, voluntatem suam explanet, quod ei libertatem donet, d. l. vni. §. sed & si quis, §. multis modis, de liberti. Ex voluntate quoque domini, serui nascuntur libertatem, qui domini funus pileati ante cedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer ventilare videntur: si hoc ex voluntate fiat testatoris vel heredis, d. l. vni. §. sed & qui domini funus, de lat. libe. toll. Nam qui patitur pileatus seruos incedere, videtur testari populo, cui eos exhibet, seruos liberos esse: vocabantur namque respecto pilei raso capite, ad pileum insigne libertatis, vt apud Liuium, in 4.

19 Sed & dedititia libertas seruo acquiritur, si dominus præsentibus quinque testibus tradat instrumentum seruitutis seruo, vel corruptor, l. vni. §. ille etiam, de lat. liberi. toll. C. sic enim instrumentum debitori redditum a creditore, liberat, l. pecunia, & l. seq. de solutio. l. si chirographum, de probat. l. Labeo, de pactis, in P. Affirmans quoque apud acta, seruum suum esse filium, facit eum liberum: licet sibi non faciat filium, l. vni. §. similitque modo, de lat. libe. toll. C. §. fin. de adopt. Iungens ancillam suam libero, ea libera efficitur, d. l. vni. §. sed & si quis, & amben. ad hoc, de lat. lib. toll. §. si vero ab initio, & adscriptio de nupt. in aucten. coll. 4. Item seruis qui mortuus est in libertate per 20. annos bona fide, liber erit, l. fin. de long. tempor. prescript. que pro liber. & aduer. lib. oppo. C. imo si post quinquennium in possessione libertatis moriatur status eius controuersa moueri non potest, l. si ne de sta. liber. post quinquen. quara in P. §. eod. tit. C.

20 Sed & si seruis sciente, & non contradicente domino suo, in clero fuerit ordinarius, liber & ingenuus erit, ca. si seruis sciente, 54. dist. Panor. in c. 2. de ser. non ordin. Idem si religionem ingressus, & triennio tacerit dominus, d. c. si seruis, & in can. fi. 17. questio. 2. meminit & Stephanus de Dulopoli ciuitate ita dicta, quoniam

quoniam si seruus etiam peregrinus, lapidem eo detulisset, manumitteretur & liber esset. Et haec quae dicta sunt de seruis, & manumissionibus factis a priuatis, intelligi debent de seruis a collegio aliquo licito, vel a municipio, vel ab vniuersitate, vel ciuitate manumissis, in illis quae conuenire possunt corporibus istis, l. 1. §. de manumissis, quae seru. ad vniuers. pert. imponunt. in P. l. 1. serui. reip. manum. C.

De solutione seruitutis dominis inuitis, vel praeter eorum voluntatem.

C A P. 6.

- 1 *Communi iure seruis inuitis dominis liberi non sunt.*
- 2 *Ad libertatem sine manumissione proclamat, qui se ingenuum dicit & quomodo.*
- 3 *Affertor desideratus interdum ab eo qui reuocabatur in seruitutem.*
- 4 *Collusio prohibita inter dominum & seruum pro ingenuitate asserenda.*
- 5 *Seruus sub conditione ut manumittatur venditus, ea veniente inuito domino sit liber.*
- 6 *Item seruus liber inuito domino in casibus, in quibus pro libertate pretium capiti. & qui sunt casus.*
- 7 *Postliminium liberat a seruitute.*
- 8 *Transfuga non vniuersum iure postliminii, eod.*
- 9 *Seruum profutens amittit ius potestatis, legeque gentium de eare.*
- 10 *Vnus ex dominis seruum inuitis aliis reddito pretio manumittit.*
- 11 *Seruus Christianus a Iudaeo emtus, sit liber.*
- 12 *Seruus dente excusso, vel elusatus a domino, liber lege Dei.*
- 13 *Seruos seuerius tractans, quam par sit, vendere cogebatur.*
- 14 *Seruos ob male habitos Lacedaemonum ciuitas terramotu diruta.*
- 15 *Seruus Helicus post septennium erat liber.*
- 16 *Aurum perforata subula serui, erat signum perpetuae seruitutis voluntariae.*

Quamuis regulari iure, et coacta vel facta domini de seruo manumissio libertatem non det, si priuatus conditus, qui & a quibus manum. Liber non fiant, tamen speciali ratione, inuitis dominis plerumque quis assequitur libertatem. Et ut si proclamat ad libertatem dicens se esse ingenuum: quo pertinet iura de liberali causa, quae tenentur & distinguunt causam libertatis a seruitute, & permittit certis personis, quorum interest, defendere, ne quis in seruitute moretur, vel in eam contra ius trahatur, l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. de liber. caus. in P. Et si ipse quoque qui pro seruo habebatur, dum se ingenuum asserbat, proclamat ad libertatem coram iudice certis ex causis, non postulata manumissione, exstat tit. quib. ex cau. ad lib. procl. non lic. Ve contra, dominus eum qui pro ingenno vel libero, se gerebat, interdum reuocabat, ad se, necis antea poterat se defendere, nisi assertorem & defensorem libertatis haberet: qui tamen postea in hac causa ventilanda desideratus non est, sed sine assertore litem agitari placuit, l. 1. de assertio. toll. C. Adhibita tamen in omnibus cautione, ut collusio inter dominum & seruum, vel eum qui se ingenuum profitebatur, non fieret, praemio ex constituto, qui collusione detexit, si intra quinquennium detulisset, l. 1. C. de collus. deteg. nomineque praemii & seruis, qui se ingenui falso dixisset, l. 1. eo. in P. Dehinc tertio seruis ea lege venditus domino, ut post certum tempus liber sit, eo adueniente, liber inuito domino fiet, l. 1. §. 2. qui sine man. ad liber. perue. P. l. 1. §. 2. si man. a iure. alic. ut manum. Atque tertio in omnibus casibus, in quibus seruis pro praemio libertate consequitur: veluti si vindicet mortem domini, l. 1. quib. ex cau. ser. pro libe. praem. acci. C. si adult. tertaem monetam de ferar. l. 2. eod. iur. si raptorum virginis detegat, l. 3. eod. si delectorem militiae prodar, l. 4. eod. l. 1. de defertor. & 7. occult. cor. lib. 12. C. Quarta tamen libertas postliminii a seruitute capientium captos, ut etiam quadant manus hostium, l. 2. §. sine de capti. P. l. cum non redemunt, & l. cum & postliminii, C. eod. l. adeo quidem de acq. rer. domin. restituit enim postliminii ius pristinum statum, l. postliminii, & l. postliminium est ius de capti. & postlim. re. ner. in P. exceptis transfugis, qui hoc iure non vtuntur, l. postliminii §. transfugae, & §. stat. liber. de captiuis. Quis porro transfuga & emancipatus, l. 3. de re milit. in P. dicitur. Quinto, tamen qui seruum profutisse publice, iure ciuili nouo cogitur manumittere, l. si lenos, C. de episcop. aud. iure Pandectarum tantum cogebatur ven-

dere, l. 2. de iis qui sunt sui vel alio. iur. Multo magis si in venditione ancillae cautum sit, ne prostituatur ab emtore, si quidem profutura, venditore consentiente, libera sit, l. 1. si man. a iure. venie. no. profut. C. Adrianus lenoni vel lanista seruum vel ancillam vendi causa non praestita vetuit, Sparta in Adria. Et lex Hispania. Serua. quae a domino liberos suscepit, libera esto, Anton. Pano. lib. 2. de dict. & fact. Alph. cap. 39. Pius Caesar, ad impudicitiam cogentem seruum dominum, cogendum eum vendere rescriptit, l. 2. de iis qui sunt sui vel alio. iur. Sexto, tamen si plures sunt domini vnius serui, & vnus ex illis velit manumittere, deponendo vel dando pretium aliis condominis, potest solus aliis inuitis manumittere, l. 1. §. his itaque, de com. ser. manum. C. Septimo, tamen si Iudaeus emerit seruum Christianum, sit statim liber, c. 2. de iude. c. mancipia, 54. dist. l. vni. ne Christ. man. Iudae. hab. Octauo, lege diuina, Exo. d. 21. Si percussit quis oculum serui sui, vel ancillae suae, & iustos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem eruit: dentem quoque si excussit seruo vel ancillae suae, similiter dimittet eos liberos. Iure tamen ciuili Pii Caesaris rescripto, durius habiti serui quam aequum est a dominis, vel infami iniuria affecti, vendi a dominis iubebantur, ita ut in potestatem dominorum non redirent, l. 2. de iis qui sunt sui vel alio. iur. Refert tamen Alianus, lib. 6. de vari. histo. c. 76. cum Lacedaemonii contra seruos Tenareses, qui erant ex genere Eilotarum, per vim ac perfidiam infurrexissent, indignatum Neptunum terram Spartam conculsisse, ut ex vniuersa vrbis quatuor solum aedificia relinquerentur. Item talia nono, Si emeris seruum Hebraeum, sex annis seruet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens uxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi uxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi erunt domini sui: ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit seruus, diligo dominum meum, & uxorem ac liberos, non egredietur liber: offerat illum dominus diis, & applicabitur ad os suum & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum, Exo. 21. Deut. 15. Seruus tamen agrotus domo a domino pulsus, nemini pro cura commendatus, iure Codicis consequitur libertatem, nullo etiam iure patronatus domino referuato, l. vni. §. si seruus, de Lat. lib. toll. C. si vero ab initio, & §. ne multo potius, de nupt. colla. 4. l. fin. §. his videlicet, de bon. lib. C. l. fin. pro derel. in P. cum siml.

De Ingenuis & Libertinis. Cap. 7.

Lib. Instit. tit. 4. & 5.

- 1 *Libertus natua, & factitia, ingenuitas & libertinitas.*
- 2 *Ingenuus quis.*
- 3 *Ingenuus ex libertino natus.*
- 4 *Ingenuus & est sententia talis declaratus.*
- 5 *Libertus quis & libertinus, & 6.*
- 6 *Patronus quis.*
- 7 *Patronatus ius, quot modis queritur.*
- 8 *Libertinorum tres species, Cuius Romanorum, seu Iunianorum, & aditiorum.*
- 9 *Ius nudum Quiritium sublatum dominorum.*
- 10 *Liberti in Germania parum absunt a seruis, nec seria illis committuntur.*
- 11 *Orcini liberti qui, & proprii item qui.*

Mutata causa naturalis status, tamen inter homines libertatis, fecit & simul liberorum duas species: per natuam, & factitiam ex facto hominis libertatem. Prior ingenuitas dicitur, altera libertinitas: & inde ingenui, & libertini, §. fin. de iur. perso. Marcia in l. §. liberorum, §. de sta. homin. Ingenuus tamen est, qui ex matre libera natus est, statimque ut natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio editus, siue ex altero ingenuo, altero libertino: ex matre libera, patre seruo: sufficitque; alio tempore matrem fuisse liberam, vel conceptionis, vel natiuitatis, vel medio tempore, et si alius sit ancilla facta, §. 1. de ingen. l. §. seruorum, §. ingenui. Iul. Paul. lib. 1. de cap. §. de lib. agnos. tit. 25. Et qui nascuntur ex his libertis, non liberti sed ingenui sunt, l. quod ex liberta muliere, de oper. libert. in P. d. §. 1. de ingen. Ingenuus tamen etiam, l. ingenuum, 25. de sta. hom. P. l. res indicat, de reg. iur. eum accipere debemus, de quo sententia lata est, scilicet esse ingenuum, quamuis fuerit libertinus: quia res iudicata, pro veritate habetur. Libertini tamen sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt, Caus. in l. libertini, 6. de sta. hom. §. 1. de libert. l. 4. de iust. & iur. in P. Libertinus statum ostendit, libertus personam singularem, ut notauit Laurentius Valla, lib. 4. elegant. cap. 1. l. fin. si liberti ingen. esse dicitur in P. Ideo relatio est inter libertum & patronum. Patronus tamenque is, qui ex iusta seruitute



manumissit, & ita fecit sibi ex seruo libertum, vel collusionem detexit, vel inruit libertum suum, vel cui libertus adiudicatus est, l. adoptiuum patrem, §. patroni de manumiss. voc. P. Et contra libertus manumissus dicitur, l. 3. de ius & legit. here. in P. l. in eo iure, de rit. nup. Et beneficii dati libertatis, patronatus est remuneratio, ad quam natura tenetur, l. sed & si lege, §. consuluit, de petis. here. in P. §. Atque tot modis patronatus quæritur, quot a iusta seruitute liberari quis potest, & libertatem nancisci.

¶ Libertinorum ¶ olim tres erant species, quia tres erant gradus libertatis concessæ, de quib. vide Vlpia. in fragm. tit. 1. Quibus dabatur plena libertas, fiebant ciues Romani: quibus minor, Latini libertini fiebant, & data dicebatur Latina libertas ex lege Iunia Norbana, quæ sublata postea, l. vni. §. illud, de Lat. lib. toll. C. Aliis autem dabatur minima, quæ dediticia dicebatur, quæ tatum compete bat tempore mortis manumissi ex lege Ælia Sentia, sublata quoque postmodum, l. 1. de dedit. lib. toll. C. Et ita tempore Iustiniani tantum vna libertas dari cepit minore & minima sublatis, factique omnes libertatem assecuti ciues Romani, id est, plene liberi, §. libertinorum, de libert. apud Iustinian. l. 2. C. commun.

¶ Sicuti ¶ & sublata illa differentia seruorum, per quam nudo iure Quiritum, quidam non plenum dominium, sed semiplenum habere dicebantur, l. vni. de nud. iure Quir. toll. lib.

¶ Libertus ¶ apud Germanos parum distabant a seruis, nec illis, nisi raro, alicuius momenti quicquam nec in domo, nunquam in ciuitate, committebatur, vt ait Cornelius Tacitus, de morib. Germa.

¶ Libertorum ¶ etiam in iure erant duæ aliæ distinctæ species, Orcinorum, & propriorum, l. cum testamento, §. de iur. & sic igno. lib. 1. C. tit. 21. Orcini erant, quibus in testamento relinquebatur directo libertas a testatore, & fiebant liberti testatoris mortui & filiorum eius non heredis manumittentis, §. fin. de sing. reb. per fideic. relic. §. 2. Inst. tit. 24. Item si rogatus erat heres manumittere, nam Senatusconsultum sub Rubrio Gallo, & Cælio Piõone Coss. factum, statuit libertatem fiduciariam perinde præstandam esse, ac si directo esset relicta: & ideo quibus relicta erat ita, erant quoque Orcini, l. 3. §. plane, de leg. iur. in P. l. cum vero, §. 6. §. subuentum, de fideic. libert. lib. 40. P. tit. 5. Orcini porro, quia mortui testatoris censentur dicti, vt ab eo manumissi, ab Oreo dicitur id est, morte vel loco mortuorum, vt apud Plautum, in Afinar.

Bene vale, apud Orcum te videbo.

Sic Vatro, lib. 1. de re rust. cap. 4. loquens de deligendo agro salubriori, & infalubrem etiam feracem non habere fructus certos dicit. Etenim, inquit, vbratio cum Oreo, habetur, ubi fructus non modo est incertus, sed eolentium vita. Proprii liberti sunt, qui a dominis viuis suo iure manumittuntur. Sunt & Orcini ex fideicommissio manumissi, in vno liberti manumittentis, videlicet vt in muneribus ciuilibus manumittentis originem sequantur, non eius qui manumitti iussit, l. libertus, §. ex causa, ad munici. lib. 50. P. tit. 1.

De patronis, & iure patronatus libertorum.

Cap. 8.

Lib. 37. P. tit. 14. Lib. 6. C. tit. 4.

- 1 Patronatus ius inestimabile.
- 2 Patronus vnde dicitur, & obsequia liberti.
- 3 Patrono debet libertus obsequia, & honorem.
- 4 Lis nulla mouetur sine licentia patroni in patronum.
- 5 Actionem famosam non proponit libertus in patronum eod.
- 6 Ingratus libertus in seruicium reuocari potest, & quis ingratus, Libertus tutelam filiorum patronis subire tenetur, aliter ingratus, eod.
- 6 Libertus patrono præstare operas cogitur. Opera quid, eod.
- 7 Opera obsequiales, & fabriles ex conuentione. eod.
- 7 Opera obsequiales, & fabriles in quibus differunt.
- 8 Opera fabriles quando, & quatenus imponi possunt, aut non, in manumissione.
- 9 Operas liberta amittit patronus, quam patitur nubere.
- 10 Operas præstare patrono tenetur fabriles, qui eius libertum occultauit.
- 11 Patronum libertus, & contra patronus libertum egenum cogitur alere.
- 12 Patronus quando succedat liberti. Actio Calpurniana qua, eod.

Lib. XIII. Cap. 7. 8. & 9.

¶ Variatione ¶ maximum beneficium est libertatem consequi, ¶ eadem multum libertus ei, qui eum a miseria seruitutis liberavit, obstrictus est. Et proinde quæque libertum habere, inestimabile est ius, l. naturales, §. fin. de præscrip. verb. quod & indiuisibile, l. fin. de iur. patron. in P. ¶ Et ¶ qui manumissit, liberti de-ber officium tutoris & defensoris, & quodammodo patris, vnde & patronus dicitur, vt ex iuribus patronatus istius apparebit, quæ singularia sunt. ¶ Primum, ¶ vt libertus teneatur obsequia, honorem, & reuerentiam præstare patrono, l. 1. de obseq. a liber. patron. præstand. 1. de ingratis liber. l. fin. de bon. libert. ¶ Et iur. patron. C. Existat lex Platonis, ut de legib. ius esse patrono, propria auctoritate capere libertum, si ab eo sufficienter non coheretur. Cultum autem dicit, vt singulis mensibus teneatur venire ad domum patroni, seque offerre, vt ostendat paratum facere eius iussu quicquid honestum, possibileque ei sit: deinde, quicquid de matrimonio suo, domino videbitur, faciat. ¶ Hinc ¶ fit, vt lis a liberti moueri aduersus patronum, saltem quin venia a prætore petatur, non possit: nec eundem actione famosa in ius vocare, l. 4. §. prator ait, de ius vocan. in P. l. veniam. C. eod. iur. ¶ Secundo, ¶ ex hoc patronatu, patronus ius castigandi libertos sibi retinet, & contumaces, & ingratos reuocandi in seruitutem, l. 1. de ingratis liber. C. l. 2. §. 3. de liber. & eor. liber. C. Ingratus porro & is, qui obsequia debita non præstat, & qui filiorum patroni tutelam detrectat, l. ingratus, de iur. patron. in P. ¶ Tertio, ¶ & libertus operas præstare tenetur. Operas sunt, cæcium diurnum, l. 1. §. 3. de oper. liberi. lib. 38. P. tit. 1. officii præstatio ad nutum patroni. Causa, l. cum patronus, 2. eod. Sunt autem duplicis speciei, vel officiales vel obsequiales, & fabriles: ad illas natura, veluti in remunerationem acceptæ libertatis tenetur, l. si non sortem, §. libertus, de condit. indebit. Ad fabriles tantum ex lege, vel conuentione in manumissione facta, dummodo ex præter legitimum modum, nimium que non onerent libertatem: quod ad notionem iudicis pertinebit prospicere, l. 1. de oper. liberi. in P. l. 1. C. eod. & fere tot. tit. ¶ Operas ¶ obsequiales ¶ in alios non transfert patronus, stipulatus autem fabriles contra, Vlpia. in l. fabriles, §. 6. & l. opera, §. de oper. liberi. in P. in quo differit singulari iure, sicut in eo, quod officiales libertus teneatur suo victu & vestitu subministrare patrono, nisi valde inops sit: non autem fabriles ex stipulatione debitas, & ita puro conuenire leges, quæ alioquin inter se pugnant videntur, l. imponi, l. pen. de oper. liberi. in P. §. l. suo victu, §. 8. & seq. eod. Atque obsequiales ita temperandæ erunt, vt petantur per patronum a liberto tantum, quas liberti aras, institutumque vitæ, dignitas, necessitas, valentur patitur, l. eius artificii, cum l. seq. eod. in P. ¶ Ceterum ¶ non semper imponi possunt operæ fabriles in manumissione, nec impostæ debentur: veluti si qui manumittit, aliunde quam ex voluntate propria & spontanea faciat: veluti quia grauatus, vel quia præmium accipit, vel alio modo cogitur, l. si quis hac lege, de oper. liberi. in P. l. 2. §. 5. C. eod. vel si terius emtus est proprius nummis ab eo, a quo manumissus est, l. si ius nummis, 7. C. eod. tit. ¶ Sed ¶ & debet operæ amittuntur libertæ, si eam patitur patronus nubere, quia debentur tunc marito, l. licet, de oper. liberi. saluo tamen iure patronatus, l. quod ex liberta, C. eod. Singulareque ¶ & illud, vt si quis libertum occultauerit alterius, pro eo operas fabriles teneatur præstare. ¶ Quarto, ¶ in iure patronatus utilitas, vt libertus teneatur alere egenum patronum, l. l. C. eod. vt vicissim patronus libertum in opem, alioquin ius patronatus amittitur, l. D. Claudius §. fin. de iure patron. P. l. si quis a libertis, §. solent iudices, l. alimentata, §. l. fin. de liber. agnos. in P. l. si patronus non aluerit, de bon. libert. in P. ¶ Quinto, ¶ ex hoc patronatu pendet ius patroni succedendi a liberti locuplet, id est, qui plus quam centum aureos habet in facultatibus: adhibita etiam actione Calpurniana, qua reuocatur alienata in fraudem istius successione, l. si libertus minorum, de iure patron. in P. l. si ius testator, & l. sine libertis, eod. in ius. facti tit. de success. libert.

Quibus modis ius patronatus amittitur.

Cap. 9.

- 1 Patronatus ius finitur de negatis alimentis liberti, & reuocato in seruicium liberti restituitur ingenuitate.
- 2 Aurocorum annulorum ius quale.
- 3 Annulus quale olim in signo.
- 4 Patronatus nullum ius manumisso seruo in premium.
- 5 Patronatus etiam ius amissum, si cogat patronus libertum iurare ne nubat, aut si pretium pro operis accipiat. Vxorem non ducere, iurare cogi non potest libertus eodem.

Definit

Definit autem nomen & ius patronatus primo, denegatis alienentis liberti, l. *Divus Claudius*, §. *fin. de iure patron. cum similib.* secundo, reuocatione in seruitutem propter ingratitudinem, l. *de ingra. libert. C. l. 2. §. 3. de liber. & cor. liber. tertio, si libertus restituitur natalibus, id est, ingenuitati per principem: nam & in ea restitutione consensus patroni, cuius interest, accedere debet, 2. l. 2. §. *fin. de natal. restit. in P.* ¶ Est quoque modus quidam status inter ingenuitatem & libertinitatem, eorum qui assequuntur ius aureorum annulorum a principe, quo pro ingenuis quidem, qui hoc impetrauerant, habebantur, sed d' saluo, integroque remanente iure patronatus, permiffumque illis aureos annulos ferre, l. *1. pen. §. fin. de iur. aureo. annulo P.* ita differentes a restitutione natalium, qua ingenui fiebant, l. *sed si hoc lege, §. patronum, de in ius voc. in P.* Symbolum in libertis ingenuitati restitotis, annulus re- & constituitur. Siquidem verum est quod annulus ab anno dicitur: quia vt annus in fe per circuitum redeat, sic & libertas restituta in suum pristinum statum, in l. *manumissiones, de iust. & iur. P.* quare & quidam annum duplicem, censent scribi, non cum simpliciter, vt qui deducunt ab ano, quasi annulus sit parvus annus, vt alii *sed rē dicitur*, vt Festus: alii *sed rē dicitur*, vt Seruius Grammaticus. Subinde tamen ius hoc desit postulari, & omnes liberti ingenui dicitur sunt, saluo iure patronatus patrono, *auth. sed hoc die, sit. de iur. aureo. annulo. C. §. 1. vt liber. de ceter. aur. annulo. non egerant, in auib. §.* Sic annulus promissive usurpatus est, nec distinctionem adiecti: sicuti & vltus annulorum ex singulari nota, popularis postea factus, §. *Sit quidem olim p'ncipis temporibus annulus primum ferreus, dehinc aureus ordinem populi equestrem ostendebat, eratque eius insigne, distinguens equites a Senatoribus & plebe: repudiat tamen postea, cum primum dignitas ædilis curulis data Cn. Flauio, qui primus fastos publicauit, Plin. lib. 33. c. 1. Quarto ius patronatus amittitur, quando non vindicant filio patris mortem, seruus detegens homicidas, pro premio manumittitur, l. *pen. de iur. patro. in P.* ¶ Quinto, si lege Alia Sentia priuatur patronus iure, si iureiurando adigat libertū generandi competentem, ne nubat, l. *adigere, §. l. qui contra, de iur. patron. in P.* Et sexto, si pro operibus promissis præstandis patronus petat pretiū, renuntiare videtur iuri suo, l. *de op. liber. C.* cum pretium non debeat accipere futurarum operarum, nisi in casu inopie nomine alimentorum, l. *C. eod.***

De iure patronatus clientelari, & eius personis, Colonis, Adscriptitiis, & Censitis.

Cap. 10.

- 1 Clientes & liberti pares facti.
- 2 Clientes qui, & patroni eorum.
- 3 Clientela publica, & priuata.
- 4 Clientium & patronorum leges & iura ex Romulo.
- 5 Penestæ & Menestæ, subditi iurisdictioni dominorum inter clientos.
- 6 Coloni inter clientes. Adscriptiti & censiti qui, C. §. 8. §. 10.
- 7 Mariandini serui qui.
- 8 Originarii alieni qui.
- 9 Colonorum adscriptitiiorum durior, quam censitorum conditio in quibus. Adscriptiti serui non sunt. eod.
- 10 Adscriptiti sub clientela dominorum sunt, vt in aliam nequeant transire.
- 11 Clientelam colonorum, & iurisdictionem dominorum non fuisse clientelam Romanorum & Romuleam docetur.
- 12 Clientis proprie homo ligius. Ligius homo quis, eod.
- 13 Soldurii Gallorum qui. Ambacti Gallorum qui, eod.
- 14 Sepeliebant cum defuncto Galli, que ipse magis dilexerat, & in rogum inferebantur & animalia, & clientes, & alia.
- 15 Soldurii differunt a soldatis & solduriis.
- 16 Soldurii quid in feudis.
- 17 Militaris annona quomodo militibus distributa Romanis.

Quia Vlpianus, §. *in l. si vero plures, de iis qui deiecerunt, in P.* x. qualis conditio facit clientes & liberos, quod ad ius habitandi cū patronis pertinet, & eodem modo libertis clientes subiunguntur, in l. 2. §. *si iuncta l. 3. de vss & habi. in P.* de istis quoque pauca. ¶ Clientes vocat Proculus iurico. *non dubito, de capti. in P.* homines liberos qui cōmuniter cū fœdere, personā eius, cuius erant

clientes, obseruabant. Erant & clientes, qui se in potentioris cuiusdam tutelam applicassent cum suis, vt eius patrocinio & defensione protegerentur, in capite & fortunis: ipsi suos ipsos patronos a defensione ita dictos, obsequio & obleruantia clientibus. ¶ Erantque: & publica, & priuata clientela: publica, veluti si pagus quidam, aut ciuitas, regnum alicuius magnatis, regis, vel Imperatoris patrocinio se concederet: priuata, dum priuatis priuati se concedunt.

¶ Leges porro harum clientelarum constituit Romulus, vt auctor Dionys. Halicar. *lib. 2. histor. Roman.* quibus munus patronorum dicitur, clientibus de iure respondere, absentium atque præsentium curam æque agere: lites pro clientibus suscipere, vt patres pro filiis: acculatoris impetum repellere. Clientium autem munus, vicissim patronos filias elocantes matrimonio pecunia iuuare, si pecunia egerent ab hostibus captos redimere, multas, & estimationes litium priuatarum deperditarum, ex solvere pro eis sumu proprio. Commune vtrisque nefas, alteris alteros accusare, aut aduersum ferre testimonium, aut censerī inter inimicos. Coniunctum autem de his criminibus, cuique patere ius occidendi. ¶ Possent quoque inter clientes referri serui, quos vocat Athenæus Penestæ & Menestæ, *lib. 6. cap. 7.* Possunt & dici clientes hodie qui subiiciuntur iurisdictioni dominorum locorum seu oppidorum, & illi patroni qui præstant: quia superiores leges Romuli optime illis conueniunt. Hisque plura poteris addere, quæ tradit Bædæus, in *annot. poster. ad Pand. ad l. non dubito, de captis.* & Cælius Rhodiginus, *lib. 13. c. 43.* Videndus quoque Gellius, *lib. 5. cap. 13.* dispersas quo ordine ponatur tutela clientium, & num præferenda hospitibus, & aliis amicis. ¶ Sed quia & colonos clientes aliquomodo dici posse persuasum est, inter eos & adscriptitios fuisse opinor, qui se culturæ prædiorum dominorum cum suis, vel glebæ dabant. ¶ Quales fuisse Mariandini serui, qui lese Heracleotis voluntarie subiecerunt, ea stipulatione & lege, vt sibi vitæ necessaria ministrarent, *Athen. d. lib. 6. cap. 7.* ¶ Adscriptitii & censiti addicti erant prædiis, vt nec in alia prædia dominus mutare posset, indeve fugientes ad ea reducerentur. ¶ Idem quoque ius in originariis, id est, natis ex adscriptitiis, eiusdem ac patres conditionis, *Lomnes, & l. quemadmodum, & l. originarios, & l. desinitus, de agri. & cens. lib. 11. C.* veluti terræ membra, *l. cum suis, eod.* & glebæ ita adscripti, vt nec momento quidem temporis ab ea debeant abesse vel amoueri, *l. colonos nunquam eod.* nec vendi separatim sine prædiis a dominis prædiorum possint, *l. quemadmodum, eod.* ¶ Hi quoque adscriptitii coloni, deterioris sunt conditionis, quam coloni qui dicuntur censiti. Nam censiti tributa præstant tantum dominis prædiorum, & faciunt eorum fructus suos, vt hodie qui a dominis emphyteotico iure, prædia sub annua pensione & laudemis accipiunt, *l. iuxta, l. 1. §. 2. §. fin. de iur. emphyt. C. l. si ager velti. vel emphyt. peti. in P.* Adscriptitii autem non item, sed sunt veluti instrumentum & pars fundi, viuentes sub specie quadam seruitutis: quamquam ideo serui non sunt, sed ingenui. ¶ Verum tamen omnes in clientela censentur esse eorum, quibus tributa pendunt, potissimum si iurisdictionem habent, & eorum quorum prædia colunt, quibus adscripti sunt, *l. 2. in quib. caus. colo. domi. accus. poss. lib. 11. C. l. 1. de Colon. Thracenab. eo. lib.* Quamobrem & cautum ne huiusmodi possint transire in alienam clientelam, neve extraneus horum suscipiat patrocinium, *l. 1. vt nemo ad suum patroc. suscip. rustica. aut vic. eor. eod. lib. 11. l. 2. §. 3. de patroc. vicor. lib. 11. C. Theod. tit. 24.* Ceterum illud annotatum volo, non omnes clientes vel patronos vnus speciei esse, sed respectu diuersarum rerum diuersa continere patrocinia, & iure. ¶ Ceterum quia ista clientela colonorum & dominorum iurisdictionalium, non proprie erat clientela Romanorum, quæ nihil concedebat rerum, vel feudi ad ineundum hoc ius patronatus: sed in ea tantummodo in fidem se recipiebant potentiorum inferiores, fœdere facti, & defensores, quem eligebant. ¶ Vnde & clientis mihi proprie esse videtur, qui & homo ligius, & Ligio, nos plura etiam in feudorum tractat. *lib. 6. c. 2. num. 28. & seq. in tractatu Feudorum dicitur: ab eligendo patrono, vel quod ligabat se patroni amicitia & debebat, vt in Feudis docemus.* ¶ Galli quoque horum speciem habebant Soldurios & Ambactos, *de Soldur. etiam dixim. lib. 6. cap. 2. num. 27.* Solduriorum, quos & deuotes Cæsar vocat, ea erat conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum iis fruerentur, quorum se amicitia addidisset, etsi quid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut mortem sibi consciscerent: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitia deuouisset, mori recusatet, *lul. Cas. lib. 3. cōmen. bell. Gal.*



Inde autem dictos puto ego a firmitate fidei, nam voces illæ sunt vulgares, nostrates, & maternæ, quibus componitur verbum, Solduritus, soldare, aut solendure, quod est solus durat, vel solus patitur, scilicet cum delecto amico solus tolerat, vt apud Virgilium, 1. *Æneid.*

Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Loquitur autem Iulius Cæsar, dum de Solduriis agit, de Aquitania, cuius idioma quoque est, vt Tectosagum in ea appellatione, ex qua declinaui etymon nominis commune. Clientes etiam appellat Cæsar, lib. 7. *comment. bel. Gall.* quos antea Soldurios dixerat, dum ait, *Clientibus Gallorum nefas esse, etiam in extrema fortuna deserere patronos.* Idiplum etiam tribuit Valerius Maximus, lib. 2. *cap. 1.* Celtiberis, vt pote a Gallia translata. Et Tacitus, *de moribus Germanorum*, Germanis. Confirmat hos Soldurios clientes esse, quod Cæsar etiam scribit alibi, dū de funere patronorum ait, *ful. Cas. lib. 6. Commen. bell. q. Funera Gallorum sunt pro cultu magnifica & sumtuosa, omniaque qua vitis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia.* Ac paulo supra hanc memoriam, serui & clientes, quos ab illis esse dilectos constabat, iustis funeribus confectis vna cremabantur. ¶ Vt inde colligamus Solduriorum deuotionem, qua etiam vitam arbitrio patronorum fideique subicerent. Neque mihi placet, vt Soldurios Gallorum eisdem dicam cum soldatis vel solidariis. Nam Soldurii nulla mercede conducti seruebant, & adstant in periculis

cum patronis, vt dixi: at solidarii milites erant stipendiarii. Sic Radenicus, lib. 3. c. 20. innuit in his verbis, vt largitione pecunie milites, qui solidarii vocantur, colligeret. ¶ Sic in supplemento Chronici Sigiberti, Sumfit Henricus rex pecunias de feudo vniuersisq; lorica: capitales barones secum duxit, solidarios vero milites innumeros. Soldata in vrbibus feudorum, de soldata dixim. in Feud. lib. 6. c. 3. num. 7. est præstatio quædam annua gratuita, quæ a neutra parte transit in heredem: morte enim dantis, vel accipientis interueniente finitur. ¶ Soldata vero dicitur, quia plerunq; in soldo, id est in donatione consistit, quandoque in vino & annona, in §. fin. quis dica. dux. Marc. lib. 2. Feud. tit. 10. Solebat enim stipendium militibus olim per annonam distribui per singulos dies, in singulos annos expeditionis tempore: veluti bucellatus panis, quem bis cotum vocamus, duobus diebus, ac panis alius tertio: vno die vnum, alio acetum: vno die lardum, caro verucina piduo, l. 1. & l. iubemus, 10. de erog. milit. anno. lib. 12. C. tit. 38. de anno. in l. forti. nisi, 6. eod. tit. ex comæatu publico. Cui annonæ interdum etiam pecuniæ erogatio accedebat. l. iubemus, 16. cum suis §. eod. de erog. vestitus, l. 2. 3. 4. de mili. veste, l. 1. 2. C. ii. 4. c. & alia id genus militibus necessaria. Quando annona loco pecuniæ in solutum militibus dabatur, dicebatur stellatura, v. v. ph. angus. Læzus, lib. 12. *comment. Reip. Rom. a. c. f.* quia per telleras stellatas, l. pecies alias pro annona accipiebant.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS MAIORIS ET MINORIS DIGNITATIS ET OFFICII, LIBER XV.

De præstantia potestatis ecclesiasticæ in laicam. Cap. 1.

- 1 Continuatio libri 15.
- 2 Potestas publica diuisa, & persona eius: in ecclesiasticas & laicas.
- 3 Christianorum duo genera, clericorum & laicorum. Horum alii imperantes, alii subditi.
- 4 Potestatem ecclesiasticam maiorem seculari docetur.
- 5 Anima præstantior, & spiritalia corpore & corporeis.
- 6 Persona ecclesiastica digniores ob mysteria Dei, quæ pertractant.
- 7 Honores ecclesiasticos abrogati a Tyrannis, restitui a Leone & Antonino.
- 8 Sacerdotium prælatum imperio etiam apud Gentiles.
- 9 Imperatores summum pontificatum gesserunt.
- 10 Reges Aegyptiorum ex sacerdotibus.
- 11 Pontificum summorum in reges potestas. Imperium & regna Gallia translata per summos pontifices, eodem.
- 12 Pontifici debent reges, & Cæsares obedire: in autem Deo. Resisterunt episcopi Cæsaribus, Ambrosius Theodosio, Innocentius Archadio, Liberius Constantino, eod.
- 13 Summus pontifex rex seculi a Tertulliano dictus.
- 14 Summi pontifices, & sacerdotes num vtantur gladio materiali.

OTVM hominem simul & vna comprehensione corporis & animæ iam superioribus libris consideramus, & naturales differentias qua potuimus facilliori methodo docuimus ex generatione legitima & illegitima: atque de distinctione, quæ ex potestate priuata, ex naturali quadam causa proficiscitur, breuiter quæ & scita necessaria & vtilia videbantur, exposuimus. Nunc peruenit series tractationis ad eam partem, quæ de potestate publicarum personarum pollicetur notionem. ¶ In qua publicam potestatem in duo summa genera diuidi par est: Nempe in ecclesiasticam & secularem. Homo considerandus est in suis præcipuis partibus, quibus constat, anima & corpore. Sic aliis cura potior est, vel excellentior rerum spiritualium, earumque, quæ ad salutem animæ pertinent, i. ad Cor. 4. sibi, sic nos existimet homo, &c. aliis maior corporis, & rerum, quæ ad politiam & quietem reipubl. & quæ eius sunt administrationis. ¶ Quare & duo genera Christianorum vniuersalia, can. duo sunt 12. q. 3. vnum clericorum est, spiritalibus deditum, & sacris inferuens: aliud laicorum, qui curant secularia. Et in his duobus generibus, alii sunt imperantes, seu præ-

positiualii subditi. Duæ potestates præcipue, duoq; genera subditorum sufficiunt, nec plura legitime esse possunt, D. Luc. 22. c. v. nam sanctam, de maio. Sobed. l. 1. Extr. aug. com. ii. 8. quia non sunt alie partes principales in homine, præter animam & corpus, quibus potestates impositæ sunt. Nisi mixta inde constitutas & omnimodam, quæ habet imperium in corpus & animam, quæque soli Deo omnipotenti conuenit, qui postquam occiderit corpus, potest animam in æternam gehënam mittere; secundam mittere: aut nisi temporum quorundam obseruas necessitatē & Dei mandatum, quibus vtraq; potestas in diuisa penes vnum principē certis de causis & cum certis legibus fuit, vt ex narratione sequentium Deo fidente apparebit. ¶ Potestas ecclesiastica seu spiritalis maior seculari, d. c. v. nam sanctam. In celo duo luminaria magna, sed vnum maius Sol, aliud minus, Luna, Gen. 1. In homine quoq; duo luminaria magna, maius ratio, minus sensus. Maior & honestior visus qui melioris, & honestioribus præest, nos autem, de defenso, cin. in aut. col. 2. ¶ Anima præstantior plus quam corpus, & corpus plus quàm vestimentum, id est, plus quam externa bona, D. Matth. 6. Luc. 12. D. August. de catechiz. adis rudib. ca. 1. 2. 3. dist. 1. sancimus, de sacros. eccl. Corpus conditum animæ causa, Arist. lib. 1. de parib. animal. c. 5. & bona externa propter hominem, in pecudum, de vsur. P. §. in pecudum, de vsur. ap. Iustin. Et propter quod vnum quodq; tale, & illud magis. Nobilior anima, & spiritalia omnib. corporalibus, c. 2. de transla. episc. ap. Greg. & fortiora spiritalia illis, c. inter corporalia, eo. 11. Vt & princeps cura Iustiniano primum animas, deinde linguas subditorum fieri eruditas, §. illud vero, in proemio Pand. Proinde qui curam gerit animarum & rerum earum, præstantiori exornabitur potestatis dignitate. Et vt anima præest corpori, imperat & iubet, vt regina in proprio regno. Sic qui imperat animæ & potior erit imperante corpori. Si vincit enim te vincen- tem, & vincam te, l. de accessionib. de diuer. & temp. præscr. Nec dubitauit D. Paulus corpus excommunicari dare in interitum carnis, vt nobilior pars, anima videlicet, salua esset, l. 1. ad Cor. 5. Gratior & præna habita excommunicatio, quod hominem interiorem animam videlicet, feriat, can. 1. & c. si quis episcopus damnatur, ca. au. di. ii. q. 3. c. corripitur, 2. 4. q. 3. ¶ Dignius & secundo ecclesiasticarum personarum officium, ob mysteria quæ pertractant, vnde nõ tantum honori earum tribuitur, quantum maiestati Dei, cui iheruit, Paulus, in l. nõ distinguerimus. 37. §. sacerdotio, de recep. ar. b. l. 4. P. 11. 8. cuius ratione & tot priuilegia, & immunitates etiã ethnici suis sacri- ficulis concesserunt. Dion. Hal. li. 2. Antiq. Rom. Iquisquis emeli, de episc. & cler. l. 1. C. ii. 5. ¶ Et Leo & Antoninus CC. irritis tyrannorum decretis, Antistitibus, quos patres pietatis vocat, honores restituerunt,